UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ioan. Chrysostomus. S. Iulianus, M. S. Candida Matrona 27. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Ioan Chryſoſtomus. S Iulianus, M.
S. Candida Matrona 27. Ian.

Timor Dei.

Time cum arriſerit gratias. time cum abierit: time cum denuo revertetur *Bern.*

Eccleſiam tuam, quæſumus Domine gratia cæleſtis amplificet, quam B. Ioannis Chryſ. Conf. tui atque Pontif. (S. Iuliani M. S Candidæ) illuſtrare voluiſti glorioſis meritis & doctrinis, Per D N. Ieſum Chriſtum &c.

Ora pro concionatoribus, &

1. S. Ioannes Chryſoſtomus Conſtantinopolit. Epiſ. verbo & exemplo Catholicæ religioni plurimum profuit, & poſt multos labores, in exiliũ ob pietatem ab Imperatrice Eudoxia eiectus, in eo vitam finivit Anno 407. Honoratus eſt poſt mortem, cum in ſedem ſuam reſtitutum cadauer ſancti, quietem Eudoxiæ iam defunctæ Corpori, quod in ſepulchro tremebat impertiuit.

2. S. Iulianus M. Soræ in Italia ſub perſecutione Antonini comprehenſus, Idolorum templum virtute ſuæ paſſionis, dum torqueretur ſolo proſtrauit, confeſtim igitur capite truncatus, Martyrij palmam glorioſus accepit.

3. S. Candida mater S. Emerij Abbatis, & vitæ ſuæ & filij meritis glorioſa in Gerundenſi diæceſi Guialbis à populis honoratur.